

DOMINO IOHANNI SCHAVBER.
to Chimico peritissimo & solertissimo A-
mico suo intimo.

SI cupias Lapidis mysteria scire Sophorum
Atq; modum; audito, quæ Paduanus ait:
Corpus Apollineum viva dissolvimus unda
Spiritus ut fiat, quod modo corpus erat,
Huius & è medijs trahimus penetralibus AVRVM
Aegra quod à Matris sordibus æra lavat.
Semine natali postquam sciunximus ossa
Hæc consanguineâ deinde lavamus Aqua.
Nascitur ex illis varios induta colores
Ales, & in cœlum Candida facta volat,
Tunc nos Igne novo depingimus illius alas
Lacte coloratus imbuimusq; suo,
Deniq; eum proprio benè sanguine pascimus illam
Mulciberis rabiem donec adulta ferat.
Hanc volucrem SCHAVBERTE suam tre maximus Hermes
Dixit, & huic totus non similem Orbis habet.
Maeste igitur virtute piâ studioq; Iohannes
Ipse celer tales edere perge libros.
Nam scio te plures similesq; tenere repostos
Qui fera cum blattis mureq; bella gerunt.
Sic te laudis honos semper, gratesq; manebunt
Nomina & in longum clara futura diem.

*Æ Francorum Salinis Sartz-
burgicis, ipso Aequinoctij Ver-
ni die, misit*

*Iohanguentherus Speysser L.
Medicus Sartzburgicus.*